

JOSEPHI VALENTINI EYBEL

V. J. D.

ET JUR. ECCLESIAST. PROF.

PUBL. CÆS. REG.

INTRODUCTIO

I. N.

JUS ECCLESIASTICUM

CATHOLICORUM.

TOMUS PRIMUS.

COMPREHENDENS PROLEGOMENA.



VENETIIS, MDCCCLXXXIX.

Apud Josephum Orlandelli.

N O M I N E

q. FRANCISCI EX NICOLAO PEZZANA,

S U M A P P R O B A T I O N E , E T P R I V I L E G I O .

EDITORIS VENETI  
MONITUM.

**Q**uum autem Tomi V. & VI. ab Auctore promissi, adhuc publicam lucem non viderint, idcirco quatuor priores tantum, neis interim careas, studiose Lector, praesenti Editione exhiro; ceteros quoque prolatus statim ac Germanicis Typis comperero. Id mei consilii æqui bonique facturum Jis Ecclesiastici studiosum confido.



# NOI RIFORMATORI

## Dello Studio di Padova.

**C**oncediamo Licenza a Giuseppe Orlandelli Stampator di Venezia per la Ditta del q. Francesco di Niccolò Pezzana di poter ristampare il Libro intitolato: *Josephi Valentini Ebel U. J. D. &c. Introductio in Ius Ecclesiasticum Catholicorum, Tomi quattro &c.* ristampa, osservando gli ordini in materia di Stampa, e presentando le Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 14. Gennaro 1788.

( Piero Barbarigo Rif.

( Girolamo Ascanio Giustinian Cav. Rif.

( Francesco Pesaro Cav. Proc. Rif.

Registrato in Libro a Carte 279. al Num. 2624.

Marcantonio Sanfermo Segr.

L I B E R P R I M U S  
N O T I O N E S P R A E V I A E  
D E E C C L E S I A  
E T  
R E L I G I O N E.

C A P U T P R I M U M.

*De Ecclesia Generatim.*

§. I.

**Q**UI ad Deum codem modo colendum unitis tendunt viribus , seu quod idem sonat in Religione consentiunt , ab his constituitur societas , qua Ecclesia audit. (a)

(a) Ante rū Excalānī , quod innuit evocationem seu concionem . Sumitur cetero-quin hæc vox Ecclesia tam promiscue , ut non tantum universum ejusmodi cœtum , sed etiam jam quandam ejus partem in hac vel illa Provincia , Diocesi , aut Parochia collectam , jam ipsas , in quæ Numen colitur , ædes , jam sacram , qua salutis æternæ obtinendæ causa regimur , potestatem , jam illorum , pe-

nes quos hæc sacra potestas resideret , legitimum Concilium ; imo jam omnem quoque tam militantium in terra , quam in æternitate triumphantium Sanctorum communio- nem designet . Conf. Tournel. Curs. Theologic. Tom. II. Quæst. 1. articul. I. clar. de Rieger. Institut. Jurisprud. Eccles. Part. I. Sect. 1. cap. I. §. 3. clar. de Martini Exercit. de Lege Natur. §. 222.

§. 2. Et quando quidem jam recta ratio omnes ad numinis gloriam actioni- bus internis (a) externisque (b) illustrandam consentire jubet (c) ex ipso omniū hominum cœtu naturalem , a qua excludi potest , oriri Ecclesiam manife- stum est. (d)

(a) Veluti vera & viva Dei cognitione , amoro , timore filiali , fide rationali (nam Deo revelanti credendum esse , lex est jam ipsa ratione innotescens) spe , obsequio , penitentia , oratione , grato animo , aliisque , quæ sola mente peragi possunt . Conf. Cl. de Rieger loc. cit. Prol. §. 28. 40. Cl. de Martini Posit. de lege nat. §. 302. 317.

(b) Veluti professione fidei , sacrorum com- munionis , &c celebrandis hac de causa con- ventibus , sacrificiis , orationibus stricte talibus , seu invocationibus Dei ore prolatis , quo Hymni quoque & Cantus pertinent , quæ omnibus aut pro bonis obtainendis sup- plicatur , aut pro declinandis malis preces sunt , aut gratiarum actiones , & Dei lau- der declarantur , aut pro aliis interpellantur .

*Epilogus Introduct. in Ius Eccles. Tom. I.*

Variis denique ceremoniis , seu signis , quæ attributa divina revocant menti , eandemque , ne distrahabatur , atque pietas frigescat , attentam reddunt . Conf. Clar. de Rieger lo- co cit. §. 46. &c seq. Cl. de Martini loco cit. §. 317. &c seq.

(c) Hoc rationis jussum , sicuti quævis lex preceptiva est prohibitiva contrarii , eo ipso simul omne cultui divino interno externoque contrarium inhibet ; atque adeo Atheismum tam theoreticum quam practicum , scepticismum , naturalismum , qui ipse aut in Pelagianismum aut Deismum aut Pantheismum abit ; Politichismum , indifferentismum , ma- terialismum ; omnem blasphemiam , pietatem politicam , seu ex hypocrisi , seu ex Phari- saismo ortam ; pietatem mechanicam , pu-